

I. N. 7.

Dc

CUSTODIBUS SCIENTIARUM;

Permissu

AMPLISS. FACULT. PHILOSOPH.

Præsidente Viro

Clariss: Dn. MAG.

CHRISTI ERNO ALANDRO,

Prof. Eloq*v.* Ord.

Disputabit


PRO GRADU IN PHILOSOPHIA,

ad diem 11^o Maji, Anni 1697.

JACOBUS CAROLI WERANDER,

Ostro-Bohn.

Aboæ, Impr. apud JO. WALLIUM.



ILLUSTRISSIMO ET GENERO-
SISSIMO DOMINO,

DN. CAROLO
LEONHARDT
MYLLER
von der LÖGNER

Præfecto Urbis Stetinensis Ma-
gno Legionisque Præsidariæ Tri-
buno Strenuissimo & Maxi-
me Inclito,
DOMINO GRATIOSISSIMO.

*Sequentes paginas devovet & de-
vote sacrat
Auctor.*

ILLUSTRISSIME ATQVE GENERO.
SISSIME DOMINE,

 um sic in comuni, comparatum sit naturâ mortalibus ut alieni auxilii simus omnes indigentes, haud quaquam in ullius conditionis hominibus se illa lora magis aperit quam literatis, quos & niti posse & progredi & consistere sine superiorum ope, tantum est non impossibile. Sed ut nemo est tam miser quin aliquo nomine de eo bene meruerit sua fortuna, ita nescio an in parandis patrociniiis ullum hominum genus sic studiosis & literatis

ratis felicius. Habent autem id
ex se literæ divino quodam mu-
nere, forte quod teneræ sunt,
ut animos capiant: ut ament e-
asdem quandoque qvi non norunt:
qvod cum ita sit quanto arbitra-
mur eos easdem deperire liben-
tius qui dulcissimam dulcedinem
gustarunt & cum adoreâ litera-
rum gloriam componere non
fastidiunt. Qva excellenti virtu-
te præter bellicas Te Generofis-
sime Domine præditum esse cum
fama ferat, merito quidem omnis
Phœbi chorus plaudit & bene di-
cit, ego autem qvi ejusdem sum
minima portio præter gaudia &
plausus lœtissimum mihi inde fru-
ctum ominor, fructumque illum
tunc percepisse me fatebor cum
illo ministerio ad quod me hinc

ex gelido axe evocatum gratio-
se admoveri voluisti rite fuerim
functus. Qvo igitur consilio &
ausu Generoso tuo nomine hanc
charraceam machinam præfixam
dedi, gratiœ accipe: videlicet hoc
unice eò feci ut ex Tanti No-
minis splendore huic exiguae co-
mentationi accederet aliqua gra-
tia, & auctori non minus quam
operi pararetur præsidium.
Annue ergo gratioſo vultu Ge-
nerosissime Domine audaci qvi-
dem sed humili huic conatui, me-
que advenam, immerentem licer,
servis & clientibus tuis annume-
ga qui dum vivam pro tua ero
incolumitate

GENERALISSIME DOMINE,

Nominis supplex

JACOBUS WERANDER

Ad Amicum amicissimum, meritissimum
Philosophiae Canditatum

DN. JACOBUM WERANDRUM,
IN CUSTODIBUS SCIENTIARUM
disputantem.

Timpus ut farcit famosis artibus ar-
eana

Se spoliat requbie thura rapit superis:
Usurpa socios mungit dumque aggerat era
Atque coquit solidos, decoquit ille fidem.
Verum si tenui thesaurum eredit alutæ

Aut munera parum est, arca referta, seræ
Unica nox adiret quæ tot sunt parta diebus
Infelix custos quod fuit ille sibi.

Non ideo minor est quam querere parta tor-
nere

Quisqvis utrunque parat & tenet: illæ
sapie

Res est in studiis docte & mellite WERANDER

Ceu monstras eadem: nil sine velle penus.

Ergo Phœbea Gaze diceris utrunque
Et condus promius, quod docet hicce dies.

CHRISTIERN ALANDER.

Peregrinie Dn. Candid. WERANDER,
amice honorande.

Ante triennium & quod excurrerit me sua
fote ad celeberrimam hanc sedem mu-
sarum appulisti, sed ut pro habitu illius
temporis durum videbaris suscipere iter, sic au-
spicato satis nunc te illud consilium fecutum
fuisse, intelligo ; intra illud temporis spatium
tantum namque profecisti, quantum pauci
multis annis capiunt, robur tibi antea fuit
corporis, hic vires animi acquisivisti, quod
ali uno nomine Candidati vocentur, te dupli-
ci jure S. Ministerii & Sanæ Philosophiae Can-
didatum simul salutamus, cum ali exantla-
ta studiorum cursu, patrios reperunt lates,
tu exoricas oras queris, Verum cum nullus
sub itinere tutior Custos, quam solida erudi-
tio cum pietate conjuncta, Consilio à te fa-
ctum est, quod scientiarum tibi associasti Cu-
stodes, gratulor sane tibi itineris suscepiti suc-
cessum, & suscipiendo appreco exitum felis-
cissimum, Ego verò svavius non video tibi
posse Viaticum adjungi, quam quod Bias olim
filio ad Ægyptios, abeundi & percontanti
quidnam faciendo, rem Patri gratissimam fa-
cere posset, reliquit, inquietus: ἐφόδιον πρὸς
τῆς καθημένος τὴν ἀρετὴν.

dedit festinanter
DANIEL HAGERT.



ptimus ac sapientissimus rerum omnium Conditor inter reliqua quibus hominem præ cæteris creaturis exornavit, singulare est illud quod illi animum aliquid divinus referentem inspiravit. Quam ob causam etiam laude dignissimus Cicero non inconvenienter dixit ego si liceret mallem *Intellectum quasi decerptum ex mente divina*: Cicero lib: 1. de legibus & 5. Tuscul. absque dubio pro modo captus gentilis indigitans homini inesse aliquod divinum, & illud quidem quod nos majori luce illuminati novimus in statu integritatis fuisse excellentius

A

lu-

Iumēn, in corrupto vero debilitatum nimis. Porro ut huic malo accederet mitigatio & medicina placuit creatori optimo, duos cognitionis ocellos homini relinquere ut magno nisu, vigiliis, labore & sudore iis, amissum quod erat, venarerur. Sunt illi ocelli græcis nominibus nobis à Philosophis traditi, estqve prior λόγος alter πάθησις ratio & experientia. Qvorum prior qvidem in infantibus etiam, apertus est sed valde hebes; non enim magis sapientes nascimur, quam prudentes dicente Dn. Doct. Calovio. Quem admodum enim infans aquam & ignem, à qvibus vitæ nostræ est periculum, vitare nescit, ita etiam de illorum naturâ & indole nihil admodum licet dicer. Alter oculus experientiæ, tardè aperitur & tardius adhuc vel sero nimis aperiretur nisi qui ante nos oculis usi sunt & longo usu pro-

processus rerum observaverant, obser-
vata sua posteris voluisse relin-
quere variâ arte & monumentis.
Jam tot sunt custodes scientiarum
qvot modi & artes à veteribus in-
ventæ sunt ad propagationem icibi-
lis, & media qvibus qvod semel
percepimus retinemus & retinere
studemus. Prima hominum ætas
diuturnior ut erat ita ejus ætatis
homines orali scibilis propagatione
videntur fuisse contenti interim ta-
men progressu temporis credimus
metuere incepisse ne in oblivionem
caderent nisi consignarentur lite-
ris vel aliis monumentis firmaren-
tur. Interim reperti sunt invidi
qvi scientiam variis technis incru-
starunt utpote qvi Philosophiam
symbolis & ænigmatibus involve-
bant, ne plebeji homines & rudes
facile, qvæ magno Philosophorum
studio erant inventa, rescirent. In
hunc finem figuræ & sculpturas

invenerunt, etiam immagines animalium qvibus petris insculptis, posteros absconditas artes docere intendebant. Hac arte celebres ut notum est fuerunt Ægyptii de qvibus Hermotimus apud Lucianum dixisse fertur πὶ τὸν εἰ μηδὲ γείμια-
 & γείφοιμεν θῆται τῶν οὐλήων ἀπὸ της
 σημεῖα τὴν παραπτήσει, οἷα τοῦτα Αἰγύ-
 πικα γείφεται τῶν γείμιάτων κυ-
 νοκεφάλες πιὰς οὐλας καὶ λεοντεφάλες
 ἀνθρώπους. Forte nec hanc artem ad
 cruciandum solum & exercendum
 posteros sed ad delectandum & sti-
 mulandum invenerunt; ut probare
 hoc suo suffragio videtur Augusti-
 nus Epist: 119. Quem ad modum
 multa per vitrum aut succinum lu-
 cent jucundius ita magis delectat
 veritas per imagines & symbola
 collucens. Si dicas concordia res
 crescant discordia dilabuntur pigri-
 us incitat: at si addas hoc vete-
 res illos excellentis ingenii viros in
 arca-

arcans Philosophiae mysteriis subtiliter expressisse primum per formicam, quæ imposito caduceo in Elephantum excresceret, altera vero parte per Elephantum gladio superposito in formicam desinentem, nescio quomodo inventionis subtilitas & imaginis expressio sensus titillat Iuavius, & dum placet, persuadet efficacius ut etiam more suo eruditus Causinus L. 4. invent Cap. 6. Præter pyramides autem & columnas quibus abstrusa Philosophia inscribi solita erat etiam ut rerum gestarum extaret apud posteros scientia columnæ ergebantur & vel characteribus vel literis inscribebantur. Tales fuere Columnæ in Tingitana de Chananeis à Josua fugatis & monumenta liberi Patris cum apud Indoſ tum Scythas de quibus posterioribus sc: sic habet Curtius L. 7 C. 9 Transferat jam Liberi Patris terminos quorum monumen-

ea lapides erant cæbris intervallis di-
ſpositi, arboresque proceræ quarum ſili-
pites bedera contexerant. Sed miſo
illo more vetusto, post inventum
potifſimum papyri uſum & typog-
raphiæ, commodiori multo via
ſcientias custodiri videmus, & qui-
dem dupli ratione ſcilicet per ſyn-
tagmata & disciplinas extra men-
tem, per habitus vero intellec-
tuales in mente potifſimè ut alias nunc
omittamus.

Non autem rem me inutilem
facturum exiftimo. Si rationes ob-
qvas Disciplina & habitus intellec-
tualis dicantur conservativa ſcibili-
lis acuratius expendero. Idque i-
deo ut de illis postmodum facilius
agere liceat. Nomen conservativi
ſcientiæ vel ſcibilis ſibi non imme-
rito vendicant Disciplina & habi-
tus Intellectualis; nam in illis o-
mnis ſcientia hodie vel condita
est vel conditur: opera enim di-
ſci-

sciplinæ acqviritur habitus qvi se-
mel obtentus ægre excidit & pro-
pter has causas Præ-Clarissimus
Doct. Calovius appellitat *hæc prin-
cipia scibilis*: Disciplinam ideo qvia
per illam ad alios cognoscibile de-
ducitur & in alios propagatur.
Habitum Intellectualem propterea
qvia firmas in nobis cognitionis
agit radices. Et qvamvis in rerum
aliqvalem possimus pervenire co-
gnitionem exclusi Disciplinis inte-
rim tamen iis mens nostra sentiet
se laborare infirmitatibus ut raro
vel nunquam exactam rerum sibi
comparare queat notitiam nisi ve-
niant suppetias. Porro disciplina est
rerum homogenearum ad idem obje-
ctum revocatarum ordinata tractatio
propagationi scibilis inseriens.

In definitione hacce duo con-
sideranda nobis assumimus sub-
jectum videlicet & prædicatum.

Si

Si ad *subjectum* attendamus observabimus vocem disciplinæ a discendo deduci respectu ad finem propter qvem disciplina est necessaria, nempe ut ex illa homines qvid discant. Verum non uno modo vel significatu accipi potest disciplina. Aliquando enim nihil aliud est quam præscriptum morum & consuetudinis unius alicujus hominis vel societatis ut hac acceptance usus est Trajanus apud Plinium: *Si qui inquit, se contra meam disciplinam gererint statim coerciantur.* Hoc sensu Clitipho apud Terentium ait: Nam disciplina est eisdem, munerasier ancillas primum ad dominas qvi affectant viam Heaut: A 2. f. 3. nos autem consideramus Disciplinam quatenus relationem haber ad res cognoscibiles, vel potius habitum & scientiam diciturqve Doctrina, Scientia, & nominibus quam plurimis.

Præterea indicat Definitio qvodnam sit Disciplinæ objectum scilicet tale qvod non sit varium & rebus constans heterogeneis ne oriatur inde confusio & tedium sed rerum unius naturæ & talium qvæ ad unum objectum revocari possunt. Cautum id præterea est ut objectum sit conceptus realis si non in strictissima saltim latissima acceptione, suis essentialibus connotativis & modis contrahentibus stipatus: ut porro, confusionis vitandæ causa, in nulla alia disciplina sit affectio aut modus contrahens. Verum hæc qvæ non inutiliter disputari possent nos studio brevatis præterimus.

Seqvitur de altero custode scibilis in mente, habitu videlicet, cuius notare sufficit definitionem subjectum & causam. Habitum in genere definitio apud Doctorem Ca-

lovium talis est. *Habitus Intellectus-*
alis est qualitas in mente firmiter ra-
dicata ad ejusdem perfectionem circa
objectorum cognitionem Aristoteles
Eth: Nic: l. 6. c. 3. Genus non ex-
 primit sed dicit de habitibus: ἔσω
 δὴ ὁλὴ αληθεύει ἡ ψυχὴ τῶν καταφάντων ἡ
 δοκούσαν Porro genus in hac allata
 D. Calovii definitione est qualitas
 nam omnes habitus per accidens
 disponunt substantiam unde cla-
 re patet officium ipsius qualitatis
 consistere in varia modificatione
 & inclinatione substantiae ad hoc
 vel illud. deinde attendenda est
 differentia habituum quae ex variis
 potest peti circumstantiis utpote
 à subiecto quod est anima; cor-
 pus enim subiectum habitus pro-
 ximum & proprium esse nequit,
 etiam differentia est in modo ha-
 bendi habitū, nam acquirimus nunc
 nobis habitum per crebros actus
 nunc esse quosdam nobis ingenitos
 ad.

advertisimus; etiam in duratione est quædam ratio formalis habitus; nam natura ipsius habitus constitit in continuatione unde fit ut expeditum reddat hominem ad hanc vel illam rem rite ordinandam & peragendam.

Subiectum ipsius habitus ut dixi non est corpus nam omnes actiones quæ a corpore proficiuntur natura determinantur ad hoc vel illud quod cernimus in brutis, quæ licet habeant animam sensitivam, interim tamen illa nullum ostendit dominium vel directorium par rationis, quod facile patet; semper enim omnia individua unius ejusdemque speciei fere unum idemque appetunt idque natura quasi cogente: & posito bruta etiam aliquos habitus posse acquirere per crebras exercitaciones tamen iidem illi habitus non

sunt proprii; si enim proprii erunt habitus, habebunt bruta libertatem ac potestatem iisdem utendi a se ipsis per motum proprium quod nemo facile dixerit, sed saltem omnibus eorum actiones dependere videntur a natura illorum vel a dominio hominis in illa. Quapropter necessum habemus constituere animam rationalem subjectum ipsius habitus proprie dicti cuius facultates sunt Intellectus & Voluntas in quibus habitus perficiuntur siquidem libere & indifferenter se habeat homo ad actiones ut possit agere & non agere.

Causam habitus acquisiti proximam non dico esse naturam illa enim quae naturae insunt, partim non possunt aliter fieri, partim omnibus hominibus sunt communia. Si enim concederemus na-

naturam omnem vim hos vel illos actus eliciendi ex se habere, infructuosum esset dicere naturam suam aptitudinem habere per habitum: quin rectius diceretur eam per propriam suam entitatem haecce habere. Recte ergo ipsum actum ejusque iterationem esse causam habitus acquisiti reperio, qui, actum dico, non uno modo a mente in qua parit habitum & a re cuius inducit habitum distinguitur: unde Scholasticorum sunt subtilitates distinguientium inter intellectum, actum, habitum, & effectum. Non autem hic absolutam adhibemus considerationem habituum ut sunt species qualitatis qua ratione alterius sunt fori, sed respectivam qua scientias promovent & conservant. Porro hanc definitionem quam ex Aristotele adduximus quod videlicet habitus sint quibus mens afir-

man-

mando & negando verum enunciat quando ad præsens nostrum institutum applicatur , amplianda videatur nonnihil, quantumvis Scholaftici nihil de eo quid monuerint sed saltim hoc inter se acerrime ventilaverint an habitus aliqui sint in intellectu distincti a speciebus intelligibilibus, vel annon habitus & species hæ dictæ unum idemque sint. Prius affirmarunt Scholafticorum antesignani utpote Thomas Aquinas, Thomas de Vio, Svarezius, &c. nec id negat multum alias novitati studens Franciscus Crispinus qui proptera quia carmeliticum ordinem sequebatur dici voluit Bonæ Spei , quemadmodum aliis obrationem similem dici voluit à Sancto Thoma alias à Sancto Paulo, iterum alias a Sancto Joseph nec defuit qui postremo se Philippum à Sanctissima Trinitate nominare

non

non erubuit. Posterius vero defendendum suscepereat Petrus Hurtadus de Mendoza, Rodericus de Ariaga, Thomas Comptonus Carleton & Oviedo quemadmodum nos docet Schubartus. Solent porro habitus intellectuales dividi in speculativos & practicos quae distinctione petita est a natura illorum ad quam suapte nati sunt, non vero ab arbitrio unius cuiusque prout quisque existimat se posse habitu utri diversimode, deinde etiam a fine proximo; quilibet enim habitus intellectualis pro fine proximo habet actus in intellectu elicitos. Qui vel fistuntur in nudâ objecti speculatione & cognitione vel extendunt se longius atque ut loqui solent Scholastici
men-

mentem perficiunt extensive, dum
præter hoc quod affirmando &
negando verum enuntiant, etiam ex
se & suâ natura alicujus operatio-
nis sunt directores præscribendo
modum rationem, ordinem &
media quæ observari debent in
operando. Theoreticos ternario
descripsit Aristoteles indiditque no-
mina: $\nu\epsilon$, $\alpha\Phi\alpha$, $\mathfrak{P}i\tau\eta\mu\eta$. Practicos
vero binario inclusit eosq; appella-
vit $\Phi\sigma\eta\mu\eta$ καὶ $\pi\chi\mu\eta\eta$. Sed hæc qui-
dem non tam ratione instituti
nostrí quam otii de Custodibus
Scientiarum maxime ut nostro
tempore conservantur & propa-
gantur. Meruisse fateor mate-
ria ut limatus tractaretur quem-
admodum etiam id debitum exe-
gisset nostrum, sed urgens nimis
festinatio commentationem
abrupta.

SANCTISSIMO DEO
GLORIA.

DN. CANDIDATUM
 Pereximum, doctrinæq; solidioris
 & amatorem & peritum.

Adecuratores Omnis ævi mottales,
 quantum scientiarum stimulaverit a-
 mor atque cupidus, memorant sa-
 nè innumera scripta, testantur volumina
 perplurima. Cæteris omissis, pensata
 modò unica illa, circa rerum naturalium
 cognitionem cognitionisque conserva-
 tionem, industria, qvis non exquisitissi-
 ma longeque nobilissima ingenia in
 artium Studiis excolendis riteque po-
 steris tradendis nimium desudasse fa-
 cile deprehendet. Etenim fructum li-
 ret hinc eximium prorsus ac uberri-
 sum curiosa persenserit posteritas, a-
 liquem tamen tanta vix prædictum esse
 mentis indagine arbitror, ut perlu-
 strando naturæ adyta aliis ulterius
 inquirendi ansam se præripuisse omnem,
 persuadere gestiat; qvin si qvis talis,
 ille in ipsum Conditorem totque se-
 culorum ingenia, injurius reputandus
 esset. Ut autem, quod maxime dolen-
 dum, multi sunt, i qui putent se re-
 bui

bus specie difficitis, numero infinitis
parem nactos esse genium, si vel ama-
bili quadam feruntur insanis, vel um-
bram suæ libidini nonnisi ac ambiti-
oni vacuam gratulantur: Hinc per-
paucis scandere in supremum sapientia
gradum est concessum, in quo omnes
omnino maximum bonum sicut esse
asserant, interim tamen ad possessio-
nem ejus nihilo minus annitantur;
cæterum à limine retro feruntur, eo
quod flocci pendant quoniam potissi-
mum ordine istam perfectionem adse-
quantur. At feliori successu si de-
mum naturali ingenii fruuntur boni-
tate, qui & legem hanc & auream me-
diocritatem observant, ne quid con-
tra pietatis sanctorum & verecun-
dæ reverentiæque fiat conscientiam. Ho-
rum vestigiis, Dn. Candidate in præ-
senti musarum studio Te strenue in-
stitisse certum est, quippe cui omni
momento pulchrum fuerit comitatu ac
præsidio bonarum artium virtutem stir-
pare. Hæc fuere levissimæ, haec tenus
quidem mihi denegata, quæ, in eodem
specimine Tuo Eruditæ, mos hau re-
prehendendus exegit, ut mentem erga
Te qualcumque meam stylo profi-

rer, honoresque tua virtute & industria partos Tibi summopere gratularer, & quidem tanto magis, quanto nostrum arctius amicitiae interioris consuetudinisque suavissimae intercessit pignus. Impense igitur Tibi gratulor mihi gaudeo, quod vastissimum molestiarum pelagus mitiori emensus sis auro, atque tot tantisque malis eluctatus ad tranquillum portum jam sis perlatus. Vive mi Werander diu supremo numeri gratus, Ecclesiae utilis, Bonis omnibus acceptus, amicis amabilis mithique Benevolus.

*Sic nobi, qui arctioris spectatione
nostræ amicitie omnis studiæ
libens sum debitor*

ISAAC Wasbohm.

Til Herz AUCTOREN

Då han detta sitt berömliga Werk med allas högsta nöje uti sinet brachte.

Hur ett wäl mogit wette/ af Boos och
wissheez Fädder/

Först i den Hjärnan föd; som artar
tycke hår/

Et Dnygd och wittigheer/ hur seen des
fostret är/

hålls kan wid macht/ Ehr finnerijska
Fjäder/

Öf lärer wäl och nått wår goda Her W-

E A N D E R,

Esempel här uppå / man torf en ta ur
bhyn/

Wii ågom i Ehr sielf! en härlig effter-
bhyn/

, Det måste Momi Tosef / och vittna utan
klander.

I öfrige läet en hår / Ehr vitter lärdom
Kana!

Men hwad I härtils läre ; hwad godt
Ehr sunne kan/

Det deler fruchtirikt med/ den Hjord I
tagen anh.

Ait spissa med Guld; Ord / och Himbla wä-
gen bana.

Uu Fullheet af sin Nåd! Eht räckes Guld
Skrilda

Och Glädje med alt godt ! Alt detta in-
star den/

Som oförändrae blir/ en troo- och red-
lig Wän/

Och vil en srogen Siäl/ med tienstäbart Sin-
ne tiena.

MICHAEL FRANCK.

